Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Anglia regio



Anglia Insula quam veteres Albion a quibusdam albis montibus qui ad ea navigantibus procul apparet vocavere
tum Brittania a bruto Siluij postumi latinorum regis filio albiona Insula quam gygantes incolebant
superata Ab ipso brittaniam appellarunt | Et hec Brittania maior ad minoris Brittanie differenciam
gallias contingentem dicebatur Nunc a quodam anglo potentissimo rege Anglia in hodiernum diem appellata
est hec enim triangularis est inter septentrionem et occidentem sita | quam ab omni continente habetur divisa Nam a germania que sub septentrione est incipit | Et iuxta galliam et hispaniam versus occidentem protenditur | Et ideo
solinus dicit | finis erat orbis ora gallici littoris nisi brittania Insula nomen pene orbis alterius mereretur | Unde
virgilius | et penitus toto divisos orbe britannos Brutus autem cum in brittania seu angliam mansionem sibi delegisset vestigio secus tamesis fluminis ripas Trinovatem condidit urbem munitissimam | Et quod omnibus copiis
feracissimam ad veteris Troye memoriam erexerunt Brutum hunc tres genuisse filios ferunt scilicet locrinum Albanectum et cambrum | Qui primo Insulam inter se dividentes | locrino natu maiori media Insule pars obvenit
Que ab ipso lochria postea fuit cognominata | Et in ea adhuc lundinum civitas extare dicitur urbs mercatoribus et negociatoribus maxime celebrata In qua adhuc anglie reges principesque ac denarii ipsi cum mercatoribus convenire ut plurimum traduntur | Albanecto vero eius filio quarta Insule pars obvenit | que ab eo Albania fuit dicta
Et hec Scotia nunc nuncupatur | Est enim eius Insule in qua est Anglia Scotia superior pars in aquilonem versa
fluminibus haud magnis et more quodam ab anglia districta | Cambro vero tercio filio Cambria que nunc Thyle dicitur
Insula autem inter septentrionalem plagam et occidentalem que ultima fuerat [illegible] fertur estivo solstitio
sole de cancri sidere faciente transitum nox nulla | brumali solstitio proinde dies nullus | Anglia autem octingenta et
amplius milia passuum longa detinet | Ita ut in Chalidonium usque angulum metiam | In quo receptum ulixem
Chalidonie appulsum | manifestat grecis litteris scriptura votiva | Huius Insule ~~plurima~~ maxima pars fructifera est | Abundat pecore Auro et argento ferroque | Efferuntur que ex ea pelles et mancipia | Et canes ad venandum aptissimi
Multis Insulis nec ignobilibus cingitur quarum hibernia et ei proximat magnitudine ; parvo a Brittanis disiuncta freto
Et insule parve Orchades appellate | Gregorius beatissimus pontifex huius nominis primus eo misso Augustino milite
et Ioanne, monachis cum aliis ~~pro beatissime~~ vite viris | Primum Angliam ad fidem convertit | Et in ea deinde
multi reges claruere miraculis | Circuitu Brittanie ~~quadragies octies~~ patere tricenta octo milia passuum septuaginta quinque milia fuit in quo spacio
magna et multa flumina | preterea metallorum larga variaque copia | anglorum et hibernorum hystorias Beda optime descripsit

Pythias et Ysidorus tradunt